



40
41

DISSERTATIO PERIODICA
DE
DVLIFICATIONE
SPIRITVVM ACIDORVM
MINERALIVM

QVAM

PRAESIDE
IOHANNE FRIDERICO
CARTHEVSER

MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.

DIE XIII. APRILIS, MDCCXXXIII.

H. L. Q. C.

DEFENDET

GOTTHELFF BENIAMIN MARBACH,
SCHWIDNIZENSIS SILESIVS.

FRANCOFVRTI AD VIADRVN,
TYPIS PHILIPPI SCHWARTZII, ACAD. REG. TYP.

PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO
DOMINO
DOMINO CONRADO
von der *Seyde*

DYNASTAE IN HABERNDORFF &c.
AVGVSTISSIMI REGIS PORVSSORVM
CONSILIARIO PROVINCIALI

RELIQVA
MAECAENATI SVO
EA, QVA PAR EST, DEVOTIONE
COLENDO

NEC NON
VIRO
MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO,
DOCTISSIMO
DOMINO
BALTHASARI SCHARFFIO
PASTORI ECCLESIAE AD S. TRIADEM
SCHWIDNIZENSIS PRIMARIO
EIVSDEMQUE, VT ET SCHOLARVM ET
MINISTERII IN DIOECESI
SCHWIDNIZENSI INSPECTORI
LONGE MERITISSIMO
PATRONO, FAVTORI, ATQVE CONSAN-
GVINEO SVO OMNI PIETATE AD
CINERES VSQVE DEVENERANDO
LEVIDENSES HASCE STUDIORVM ACADEMICORVM
PRIMITIAS PUBLICAS
SACRAS ESSE CVPIIT
RESPONDENS.



DISSERTATIO PERIODICA
DE
DVLCIFICATIONE
SPIRITVVM ACIDORVM MINERALIVM.

THES. I.

Inter mineralis profapiæ pharmaca, si â paucis quibusdam, ex antimonio & mercurio currente paratis, discesseris, eminent, & principem penè locum sibi vindicant *Spiritus acidi rite dulcificati*: Rite, inquam, dulcificati. Longe quippe aliter cum iisdem comparatum esse observamus, si nimio acore, & indole aliquantulum corrosiva adhuc polleant. Quemadmodum enim rite dulcificati motus spasmodicos atque dolores, in corpore subortos, egregiè refrenant, atque compescunt, aliisque virtutibus excellentibus sese in praxi commendant; sic acriores, teneriora tunicarum & vasorum filamenta arrodendo ac corrodendo, dolores atque spasmos provocant, præsentés augment, & detri-

A

detri-

detrimenta alia corpori inferunt. Adeoque multum interesse videtur, ut Medici æque ac Pharmacopœi conscientiosi genuinam non minus dulcificandi methodum, quam verum ipsius dulcificationis fundamentum solidè cognoscant. Posterius equidem ignorantes plerumque etiam priorem ignorant, & graves errores, quod in sequentibus monstrabitur uberius, circa præparationem committunt, & ægris proinde non raro noxiùm, tuti medicaminis loco, porrigunt pharmacum.

THES. II.

Spiritus acidi, dulcificationi in pharmacopoliis destinati, ex vitriolo duntaxat, nitro & sale communi eliciuntur. Reddunt quidem alia adhuc concreta mineralia, ut alumen, sulphur vulgare, viride æris ^{a)} &c. similes prorsus, vel parum tamen distinctos liquores acidos; at eorundem dulcificatio hætenus nondum recepta fuit: Hinc plura quoque de iis dicere haud attinet, præsertim, cum dulcificandi methodus, si unum vel alterum ex iis præcedentium loco eligere placeret, una eademque existat.

a) Intuitu partis præcipuæ viride æris inter mineralia quidem militat, quod spiritum vero attinet, quem, admo-
to igne, dimittere cogitur, is vegetabilis profapiæ acidis
adnumerari meretur, ac merum acetum concentratum
exhibet. Nam viride æris ex cupro & vini acido nasci-
tur, quando prius, in lamellas tenues antea redactum,
& austeris uvarum, dulci succo post multi expressionem
spoliatarum, reliquiis ad tempus immersum, ab acido præ-
dicto corroditur, & hac ratione in concretum salino-
metallicum, vitriolis analogum, muratur. Acidum hoc,
quod cum cupri moleculis, prorsus relicto phlegmate,
unionem

unionem subiit, hujus combinationis beneficio valde concentratum redditur, & ideo etiam sub corporum solutione longè majores effectus, quam acetum, destillando rectificatum, præstare valet. Quod autem ex mente quorundam loco decantatissimi liquoris *Alcabeſtini* adhiberi possit, experientia repugnat.

THES. III.

Liquores acidi, ex vitriolo, nitro ac fale culinari ignis tórtura expulsi, & simplici vel reiterata quoque rectificatione, si necesse fuerit, concentratiores redditi, ex phlegmate constant, & valde activo ac mobili fale acido, ita tamen, ut longè major acidi veri portio in certa olei ac spiritus vitrioli quantitate, quam in æquali spiritus nitri & falis mole, hospitetur. *HOMBERGIVS*, qui multum laboris investigandæ & exactius determinandæ acidi & phlegmatis proportioni impendit, ex uncia una olei vitrioli drachmas quinque, totidemque grana, ex uncia spiritus nitri drachmas duas & grana viginti octo, & ex uncia spiritus falis unicam tantummodo drachmam & grana quindecim falini acidi principii, phlegmate diluente penitus orbati, eduxit. *α*)

THES. IV.

Inde ratio, cur acidum vitrioli in operando generatim potentius inveniatur, acido nitri, & hoc rursus potentius acido falis culinaris, quodammodo patescit: Quodammodo, inquam. Major equidem vel minor acidi veri, phlegmati in hærentis, quantitas activitati explicandæ sola nondum sufficere videtur, sed diversæ quoque gravitatis speci-

α) Vid, Memoir, de l' Acad. Royal, des Sciences ann, 1699, p. 69.

specificæ ratio habenda erit, quæ, teste experientia, in acido vitriolico comparativè maxima, in acido nitri minor, & in acido salis culinaris minima existit. Certa namque olei vitrioli quantitas, observante vix laudato Auctore β), æstate unciam unam, drachmas tres, grana quinquaginta tria, hyeme unciam unam cum dimidia & grana tria, æqualis spiritus nitri moles æstate unciam unam, drachmam unam, grana quadraginta, hyeme unciam unam, drachmas duas, grana decem, & æqualis denique spiritus salis quantitas æstate unciam unam, grana triginta novem, hyeme autem unciam unam & grana quadraginta septem pendebat.

THES. V.

Acidum vitriolicum, quod in alumine pariter, sulphure &c. hæret, folius Vulcani ope, adeoque absque ullo additamento, ex vitriolo, in quo martialibus duntaxat, aut venereis moleculis sociatum existit, expellitur; nitrum vero & sal culinare in hoc passu soli igni obtemperare, & acidam atque spirituofam suam partem, citra acidi cujusdam gravioris, vel expliciti, vel impliciti, ac demum sub destillatione evolvendi, additionem, reddere obstinatè renuunt, quoniam in iis cum terreo - alcalina substantia combinata est, quæ acidum semel unitum, ob multò majorem affinitatem, difficillimè dimittit. Vulgo *vitriolum leniter calcinatum, alumen usum, & terra bolares*, acido vitriolico, aut tenerrimis vitrioli completi moleculis, plus minusve prægnantes, vel, quod præstat, ipsum *vitrioli oleum*, adduntur, ut istud, ceu acidum omnium
gravis-

β) Ibidem.

gravissimum, in nitri aut salis culinaris, probe antea sic-
candi, poros penetret, & actione sua validiori acidi le-
vioris ab alcalino principio separationem & expulsionem
promoveat.

THES. VI.

Erroneam igitur sententiam tuentur, qui sibi aliis-
que persuadere allaborant, vitriolum calcinatum, alumen
ustum, aut terras bolares ideo nitro & sali culinari de-
stillationis tempore admisceri, ut partium discontinua-
tionem, uti loqui amant, præstando, colliquationem
impediant. Memorata equidem ratio si niteretur verita-
te, perinde esset, utrum terræ bolares, atque laudatæ sub-
stantiæ aluminosæ & vitriolicæ, an harum loco sabulum,
terræ cretaceæ, aut alterius generis terræ aridæ & insulsæ
adderentur; immo, perinde foret, utrum terræ bolares
recentes, an sæpius jam adhibitæ, adjicerentur. At, con-
trarium docet experientia, nec à chymici arbitrio dicta
pendere, sed absolute terras & corpora alia, acido vitrio-
lico, vel explicito, vel implicito, plus minusve instructa,
desiderari, aperte monstrat. 4)

4) Præter vitriolum & alumen, etiam terras bolares acido
vitriolico pollere, liquores acidi vitriolicæ indolis, de-
stillando, quanquam exigua quantitate, inde proliciti,
nec minus paucum sal medium, arcano duplicato, aut
sali mirabili Glauberi natura simillimum, & sub destilla-
tione ex acido vitriolico, cum alcalina nitri ac salis parte
denuo coalescente, genitum, sufficienter confirmant.
Præterea, si laudatum sal, finita destillatione, è capite
mortuo aquâ extrahitur, & terra bolaris siccata rursus
nitro aut sali culinari recenti additur, spiritus expulsio,
ut antea, haudquaquam expectanda est. Clarius adhuc

B

memo-

memorata patefcunt; quando vitriolum calcinatum, aut ipfum vitrioli oleum additur; tunc enim, expulfo fpiritu nitri aut falis puro, notiffimum arcanum duplicatum, & in cafu posteriori fal mirabile Glauberi majori nafcitur copia, fi iufta fcilicet prædictorum quantitas adjecta fuerit: Jufta, inquam, quantitas. Multi enim in hoc paffu delinquant, & nimiam vitrioli aut acidi ejusdem graviffimi, olei fcilicet vitrioli, quantitatem addendo, in cafu priori arcanum duplicatum aut fal mirabile, integris vitrioli moleculis adhuc referunt, producant, in cafu posteriori autem fpiritum nitri aut falis impetrant, vitrioli acido valde remixtum. Ad quinque uncias nitri & falis ficcati binæ olei vitrioli uncia fufficiunt: Plus acidi enim in quinque unciis nitri aut falis vix hæere videtur, reliqua pars partim terram crudam, partim fubftantiam alcalinam fifit. Adjectis terris bolaribus, allata, ob acidi in hærentis penuriam, haud metuenda funt, & aliqua potius nitri portio integra remanet, quod examen, cum fale, ex terra poft deftillationem extracto, fufceptum, clarè oftendit. Valdè igitur decipiuntur & injuftè aqua fortis deftillatores avaritiæ adæufant, qui eosdem ideo vitriolum addere perhibent, ut plus fpiritus obtineant. Profecto, neceffitas illos cogit, & citra ejusmodi corporum additionem acidi nitri ac falis perfectam feperationem fperare nequeunt. Facillimè cateroquin acidum vitrioli, quod hæc ratione admixtum fuit, à nitri & falis fpiritu feperatur, fi ille femel adhuc fuper fal fuum abftrahitur. In nitro enim ac fale recentè adjecto vitriolica profapia partes acidæ remanent, & ex utroque acidi quidquam denuo extrudunt, quod eandem proinde cum fpiritu rectificato naturam obtinet.

THES. VII.

Ad fpirituum acidorum dulcificationem alcohol, feu fpiritus vini rectificatiffimus, requiritur, ac totum dulci-

dulcificationis fundamentum in singulari syncriſi conſiſtit. Acida ac cauſtica equidem ſubſtantia ſalina partem inflammabilem, facta miſcela, phlegmati ſpiritus vini violenter eripit, & cum eadem in novum compoſitum ac verum oleum æthereum, tenerrimè deinceps in vini ſpiritu ſolvendum, coaleſcens, obtunditur, involvitur, & ita contemperatur, ut nullum amplius, penitus depoſita indole cauſtica, violentæ atque noxiæ roſionis effectum edere valeat. a)

a) Facillime dictorum veritas cuius innotefcet, ſi ea, quæ ſub dulcificationis actu, & poſt eundem occurrunt, debite conſideraverit. Sub quavis enim ſpiritus acidi concentrati inſtillatione vaporem albicantem ex ſpiritu inflammabili adſcendere, & vitrum, in quo utriusque liquoris miſcela ſuſcipitur, ita paulatim incaleſcere obſervamus, ut digitis, ſi quantitas fuerit major, vix tangi queat. Ex quo phænomeno clarè conſtat, ſub paullatina miſcela fortem partium acidarum & inflammabilium attritum atque conſiſtum inteſtinum contingere, & mediante hac collifione primo diacriſin, poſtea novam ſyncriſin procurari, quæ deinceps, ignis actione ſub deſtillatione ſuperveniente, cum grati ſaporis & odoris augmento, firmior evadit. Peracta ſpiritus fragrantis ac verè dulcificati abstractione, multum phlegmatis, fetidis inſuper ac cauſticis partibus acidis remixti, in cucurbita remanet; manifeſto documento, partem phlogiſtam ipſi ereptam eſſe, & iſtud, ablato principio inflammabili, quod ſolum cum acido potenti firmum connubium ſubiit, ſuperſtites partes acidas amplius haud potuiſſe contemperare. Argumentum, præmiſſis longè validius, ſuppeditat oleum vitrioli dulce æthereum, ſequenti modo ſimul cum ſpiritu vitrioli dulci parandum: Sex partes ſpiritus vini rectificatiſſimi cum una olei vitrioli recentis

ac probe fumantis parte in vitro capaci miscentur. Hæc mixtura, vel statim, vel præmissa aliquot dierum, aut saltem 24. horarum digestionem frigida aut tepida, è cucurbita mediocri altitudinis, in balneo arenæ collocanda, ac firmiter alembico claudenda, destillatur: Sic, minori igne in principio substrato, spiritus fragrantissimus, valde elasticus atque volatilis, in recipiens expellitur. Huic, mixtura spissiori facta, sub auctiori ignis gradu, albi succedunt vapores, ægrè ob gravitatem adsurgentes, qui frigore paululum condensati, pingues in alembico strias formant, & exiguos globulos oleosos, qui, in receptaculum defluentes, verum oleum aromaticum fragrantissimum aggregatione sua produunt, quod acido ac pingvi liquori partim innatat atque supernatat, partim in eodem ad vitri fundum descendit. Continuata destillatione, liquor magis sulphureus atque acidus, cum pauco, eoque ponderosiori atque crassiori, oleo flavo coloris transcendit. In cucurbita autem massa nigricans, picis instar spissa, & forti odore acido atque sulphureo prædita, remanet. α)

THES. VIII.

Quò potentius atque specificè gravius acidum dulcificandum existit, eò citius quoque atque facilius, addito alcohole, causticam amittit indolem, ac justam dulcedinem nanciscitur: Hinc citius longe atque facilius acidum vitrioli gravissimum leviori acido nitri, & hoc iterum citius, facilius atque perfectius acido salis culinaris, comparative levissimo, mitescit. Inde pariter ratio petenda erit, cur spiritus nitri flammificus, spiritus salis fumans Glauberi, nec minus probe concentratum vitrioli oleum longè promptius, quam spiritus hujusmodi vulgares, phlegmate nimium debilitati, in mutuos eum alcoho-

alcohole amplexus ruant, & multò gratiores ac mitiores spiritus dulcificatos suppeditent.

THES. IX.

Alcoholis quantitas pro differenti acidi dulcificandi potentia & indole admodum variat. Ad unam quippe olei vitrioli partem, quatuor, quinque, sex spiritus vini dephlegmatissimi partes duntaxat requiruntur; ad spiritus nitri flammifici autem partem unam decem vel duodecim, & ad unam denique spiritus salis fumantis partem sex, septem vel octo spiritus inflammabilis partes necessariae sunt.

THES. X.

Destillatio, vel statim post acidi & alcoholis miscelam, vel, quod plerique credunt praestare, praevia per diem & noctem frigida aut calida digestionem, in cucurbita altiori, arenae balneo imponenda, & alembico suo, firmiter circa commissuras munito, claudenda, optimè peragitur. Allaborandum quoque erit, ut, subdito igne moderato, ac sensim sensimque aucto, spiritus gratus, fragrans & sufficienter dulcificatus, penitus in cucurbita relicto phlegmate inutili, foetido & causticis particulis acidis gravioribus adhuc impraegnato, placidè in receptaculum educatur.

THES. XI.

Quatuor igitur errores notatu dignos, qui more vulgari spiritus hosce praeparant, ordinariò committere consueverunt. *Primò* enim, loco acidi concentratissimi

B 3

ac

ac probe fumantis, vulgares & nimis phlegmaticos spiritus, qui ob impotentiam alcoholis partem phlogistam debite à phlegmate avellere, & sibi adunare nequeunt, adsumunt. *Secundò*, uni parti liquoris acidi, cujuscunque etiam sit profapia, tres saltem vel quatuor spiritus vini partes admiscent, quæ ideo, ob nimis parcam substantiæ inflammabilis quantitatem, inducendæ justæ temperiei & dulcedini haudquaquam sufficiunt. *Tertiò*, distillationem in retorta suscipiunt, & *quartò* omne propemodum liquidum, in retorta contentum, in recipiens expellunt. Adeoque non mirandum est, quod spiritus, ea methodo parati, ob largam partium causticarum & inutilium aquosarum inhæsiõnem, naribus odorem ingratiorem, & paulisper adhuc causticum linguæ saporem imprimant. Ex falsa hypothesi hi errores propullulant, dum multi, verum dulcificationis fundamentum ignorantes, simplici solummodo miscela eandem niti opinantur.

THES. XII.

Spiritus acidi rite dulcificati saporis æque atque odoris gratia sese commendant. Spiritus vitrioli dulcis, quem aliqui etiam *liquorem anodynum mineralem* vocant, odorem sulphureo-ballamicum fragrantissimum spargit, & gratum quoque saporem sulphureo-aromaticum gustus organo imprimit. Spiritus nitri dulcis odore vinum Rhenanum, aut poma Borsdorffiana, æmulatur, & sapore acidulo-dulci gratissimo pollet. Et falis denique spiritus dulcificatus eundem fermè, quem ribium succus, odorem spirat, & sapore acidulo, immo satis subinde

subinde adhuc acido, præditus est, adeo, ut dentibus plerumque stuporem quandam inferat.

THES. XIII.

Ratio, cur spiritus falis aciditatem suam, nisi adfusa largissima spiritus vini quantitate penitus diluatur ac debilitetur, nunquam perfecte amittat, dudum in thesi quarta & sexta indicata fuit, & unicè in hujus acidi levitate & impotentia latet; quippe quæ impediunt, quominus sufficientem contemperantis substantiæ inflammabilis portionem vividè ab aquosa parte avellat, & firmiter deinceps cum eadem in novum ac temperatum compositum oleosæ indolis coalescat. Non dubitandum quoque est, quin rite dulcificatus ac valde sulphureus spiritus vitrioli, nec minus spiritus nitri dulcis, quasdam particulas acidas, nondum prorsus contemperatas & involutas, in sinu adhuc foveat reconditas. Earum enim inhaesionem in posteriori manifestus sapor acidulus, in priori varia experimenta, cum eodem suscepta, confirmant. Facta nimirum hujus, & vinosi falis ammoniaci spiritus decenti miscela, tenerrimum inde fal ammoniacale liquidum emergit. Quod si quoque cœruleis cyani floribus adfundatur, aut cum syrupo violarum misceatur, rubicundum ipsis colorem inducit.

THES. XIV.

Temporis successu spiritus acidi, optimè etiam dulcificati, majorem iterum sortiuntur acridinem, præsertim, si in loco calidiori adserventur, aut sæpius aeri liberiori in vitrum apertum accessus pateat. Subtiliores etenim

etenim partes, relictis gravioribus, paulatim avolant, & multæ præterea moleculæ causticæ, antea involutæ, destructa, per aerem, calorem, & inde pendentem motum intestinum perennem, pristina acidi & inflammabilis principii unione, rursus evolvuntur, & liquori deinceps, sic à compedibus suis liberatæ, majorem iterum acorem conciliant. Ad debitam tamen dulcedinem ac justam temperiem reduci possunt, si denuo nova, eaque moderata, recentis alcoholis portione addita, destillentur; quemadmodum istud pariter monendum venit, quando post primam statim destillationem nimia adhuc acredine observantur instructi. Quod vero spiritus salis ammoniaci vinosi, vel salis tartari additionem, quam nonnulli ad acidum corrosivum penitus extinguendum sudent, attinet, illa mihi parum arridet, quum hæc corrigen-
gentia subtile pariter principium acidulum, quod in nitri & salis spiritu necessariò remanere debet, destruant, & prius præterea, salis ammoniaci scilicet spiritus vinosus, odoris & saporis gratiam quodammodo corrumpat.

THES. XV.

Inter præstantissima pharmaca, quod dudum in limine dictum fuit, hi spiritus militant, & in multis morbis egregium ferunt auxilium; Immo, debite dulcificatus nitri spiritus jure maximo polychrestum vocari meretur remedium, quod singulis propemodum medicamentis antispasmodicis, carminativis & anodynis palmam præripit, & proinde summo cum fructu in adfectibus cardialgicis, colicis, hypochondriacis, hysteri-
cicis, nephriticis, calidis rheumaticis atque arthriticis, nec minus
in

in cephalalgia, vertigine, epilepsia, mania, asthmae sanguineo-spasmodico, ictero, nausea, vomitu, diarrhoea biliosa, cholera, dysenteria, ebullitione bilis, anorexia, dyspepsia, inflammationibus, praesertim erysipelaceis, febribus biliosis, ardentibus, inflammatoriis, malignis putredinosis, itemque in haemorrhagiis exorbitantibus, ac pluribus aliis aegritudinum speciebus, per sedativa, temperantia & lenia diaphoretica curandis, propinari potest.

THES. XVI.

Actionem suam magis in solida, quam fluida, hic spiritus exercet, & leniter stimulando vividam in prioribus contractionem, & ea mediante vegetiorem quoque, nullo tamen modo impetuofum, humorum circulum & influxum provocat. Hinc facile etiam concipiendum est, cur stagnationes & stases, ceu frequentissimas & proximas plerorumque dolorum, spasmodorum, convulsionum, inflammationum, febrium, exorbitantium profuviarum sanguinis, similiumque morborum causas, blandè & citra turbulentam commotionem tollat, liquidorum motus ad naturalem ordinem ac pristinam libertatem reducat, & se- & excretiones, praepriis per vias urinarias, augeat. Accedit viribus hisce egregiis, quas in solidas praecipue partes exserit, virtus temperans & antiputredinosa, quam bili ebullienti, sanguini organice expanso, ut & hisce atque humoribus reliquis, dissolvente impuritate oleoso-urinosa praegnantibus, facta admixtione, praestat.

C

THES.

THES. XVII.

Spiritus salis dulcificati usus, ob majorem aciditatem, quam pertinacissimè retinet, tam late, quam præcedentis, haud patet, & viribus anodynis, antispasmodicis, & carminativis eodem longe inferior est, superat tamen illum virtute antorgastica, stomachali, aperitiva, & diuretica, & ideo sese in corrigendis cruditatibus biliosis & oleoso-putridis, inertia liquoris gastrici, adeoque adpetitu imminuto & prostrato, lesa digestionem, siti nimia, obstructione viscerum chronica, nec minus in calculo ac febre tertiana egregie commendat. Nam partes biliosas, præternaturaliter exaltatas & accumulatas, itemque oleoso-urinosas magis contemperat, & fortius quoque elastica tunicarum & vasorum filamenta irritando, validius pariter obstructiones referare, subsistentia & impacta excutere & denuo ad circuitum & progressum reducere valet.

THES. XVIII.

Prædictis multò fragrantior, mobilior, & ob indolem magis oleoso-phlogistam, calidior deprehenditur spiritus vitrioli dulcis, & prorsus ea propter temperandi virtute destituitur: Quoad vires anodynas autem, nec minus antispasmodicas, tonicas, carminativas, discutientes, & diaphoreticas dulcificato salis culinaris spiritui longè præferendus est, quid? quod, anodyna, commovente, discutiente atque diaphoretica virtute ipso nitri spiritu dulcificato superior est. Cautè idcirco subiectis siccis & biliosis cholericis, plethoricis, aut morbo, à gravio-

â graviori humorum expansione orgastica pendente, laborantibus, exhibendus est. Ob miram quippe partium mobilitatem atque subtilitatem, maxima celeritate corporis mæandros pervadit, & valdopere humores expandit ac commovet.

THES. XIX.

Optimè hi liquores spirituosi in frigidis vehiculis, ut aqua simplici aut quadam destillata, vel etiam sachari Canariensis frustulo instillati, propinantur; in calidis enim vehiculis optimam spiritus partem confestim exhalando amittunt, & minores ea propter effectus anodynos edunt. Spiritus nitri dulcis rite præparatus ordinario apud adultos à guttis 10. ad 20. 30. 40; spiritus salis à guttis 10. ad guttas 20, & vitrioli denique spiritus dulcificatus à gt: 10. ad 20. 30. exhibetur. Commode præterea variis tincturis, essentiis, &c. admiscentur, & virtutes earum, pro indolis discrepantia, nunc augent, nunc fataliter minuunt; quemadmodum alibi pridem plura de hisce dicta fuerunt.

T A N T V M



I, Quo Te pellit virtutis amica Voluptas
Doctoris Magni dicta tuere Tui
Nec timeas multum quas doctas undique voces
Censores crispa spargere fronte vides
Cespite tuta latet, detectaque luditur Aspis
Doctrinam simulant sapius artis ope.

JOH. CHRIST. LINDNER,
Oppon. ord.
Med. Stud.

Sie mancher stund der Ehren nah,
Doch näher zum Verlust der Ehren,
Wenn man Ihn im Catheder sah,
Die frechen Zweifler zu belehren.
Mein Freund, man sahe Deinen Fleiß
Komst Du der Wahrheit Lob zu schwächen,
Geh', laß Ihn nun den Lorbeer Reiß
Durch tapfere Beschützung brechen.

Ch. Th. Woide.

Schimm dieses Blatt von mir mit Freundschaftshänden an
Du findest hier nichts mehr, als was sonst jedermann!
Von Deinem Ruhme spricht, daß Du gelehrt, belesen
Und was mir Ehre bringt, mein bester Freund gewesen.

Johann Daniel Funk,
J. U. S.

Ein Denkmahl heischt die Freundschafts Pflicht,
O! daß mir Kunst und Krafft gebricht!
Dein Lob in ewig Erß zu ähen.
Der Ruhm bekrönet Deinen Fleiß,
Dir gibt der Lehrer selbst den Preis,
Ich kan Dir nichts als Wünsche sehen.

Was Dich vergnügt und freudig macht,
Was Dir das Schicksahl zgedacht
Dies wünsch ich nächstens zu erlangen,
Dir folge stetes Glück und Heil
So wird Dir bald der Hut zu Theil,
Mit dem Hygäens Söhne prangen.

Zu bezeugung seiner Ergebenheit wünschte
dem Herrn Respondenten hiemit Glück

L. S. Noltenius,
aus Berlin.

Sreund, Deiner Fertigkeit ein Loblied aufzuschreiben,
Verlanget icht von mir die Freundschaftspflicht;
Doch, laß mich diesmal nur in engen Schranken bleiben:
Wen Fleiß und Eifer lobt, bedarf der Schmincke nicht.

Friedrich Borchard,

M. St.

Oppon. ordin.

Non est ingenii tenuis, qui carmina Phœbus
Dictat, & Aonium Calliopea melos.
Haud ego Pieridum modulamina dulcia fundo,
Musa nec excultas dat mihi blanda manus.
Attamen hæc facili studio jam verba fluebant,
Visque mihi subito pectore grata venit.
Hinc, mihi cum virtus Tua sit spectata decusque
Verba tibi lætus qualiacunque fero.
Nulla tuas laudes decurrere carmina possunt,
Te presso sequitur gloria multa pede.
Non tantos capio, queis tu splendescis, honores
Nam meritam laudem nuntia fama refert.
Virtutis faciant jucundam præmia vitam,
Quo cœlo nitido par decus esse queat.
Assiduos inter vigeas surgasque labores,
Nam tibi Musa gravis pandet honoris iter.

CHR. EHR. LINDNER,

J. U. S.

01 A 6512 (A)



f


TA → 0L

nur Stk 10 bisher verknüpft
und Stück 39

R

1017





8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Centimetres
Inches

Farbkarte #13

B.I.G.



41
40

ATIO PERIODICA
DE
FICATIONE
VM ACIDORVM
ERALIVM

QVAM

RAESIDE
E FRIDERICO
THEVSER

ET PROF. PVBL. ORD.
PRILIS, MDCCXXXIII.

L. Q. C.
DEFENDET

BENIAMIN MARBACH,
IDNIZENSIS SILESIVS.

FRVTI AD VIADRVM,
CHWARTZII, ACAD. REG. TYP.

